

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Res inter alios actas uel iudicatas alijs non nocere. Rub.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150738

I. certum. §. fina. ff. eodem. Nam in causa criminali constat quod requiritur sententia. l. si confessus. ff. de custo. reo. Idem videtur in civilibus. argu. l. absentem. ff. de pœnis. & hoc vsq; ibi: [Et si quæras.] sed postea in ver. [Et hoc si lis fuerit contestata.] limitat qd dixerat. dicens quod istud: est verum si lis erat contestata. aliās procedit prima op. vt non requiratur alia sententia. sed sufficiat facere præceptum de soluendo. vt no. in l. si debitori. ff. de iudic. & hæc vera. Et eodem modo si fieret confessio respondendo li bello. si quidem simpliciter, videtur respondere animo contestandi litem: quia potest contestari negando & confitendo: & requiritur sententia: nisi dicat quod non animo contestandi. sed potius declinandi: aliās declarandi. vt in l. si reus paratus. ff. de procura. Secundo quæritur eo casu quo requiritur sententia. quid expedit dicere q. confessus habeatur pro iudicato, cum ex ipsa confessione oriatur actio & obligatio, vnde non expedit q. oriatur ex sententia: ergo videtur superfluum. Solu. non est verum. imò est vtile habere duas actiones. scilicet vnam in factum ex confessione: & alteram iudicati ex sententia. Quia interest creditoris plures habere actiones ad consequendum debitum. quia si in vna succumbat: poterit agere ex altera oriens ex alio principio vel causa: vt ff. de iureiur. l. si actor. ista autem. l. quæ dicit haberi pro iudicato. locum habet vtroq; casu: siue lis sit contestata, siue no. cum simpliciter loquitur. ¶ In glo. ibi: [Item est necesse.] ibi glo. incipit enumerare aliās sex limitationes. quas non posuit Ioan. ad hoc vt procedant ea quæ hic dicuntur. Prima est. q. confessus sit maior xxv. annis. si autem minor, tunc si pupillus, non valeat: si adultus, valet. tamen rescinditur per restitutionem in integrum. & sic cessant effectus de quibus in hoc tex. Contra istam glo. op. po. ab extrâ. dum facit differentiam inter pupillum & adultum: licet enim in extrajudicialibus sit differentia. vt in l. si curatorem habens. cum ibi nota. §. de in inte. resti. tamen in iudicialibus non videtur esse: quia sicut non valet sententia lata contra pupillum indefensum. ita nec contra adultum indefensum: siue habeat curatorem, siue non: licet in extrajudicialibus distinguatur. vt in l. cum & minores. §. si aduer. rem iudi. Dicunt Doc. q. illud in vera sententia: sed confessio non est vera sententia: sed habetur pro sententia, & quia vera sententia fertur cum maiori solennitate: & in iudicio. ideo maior rigor seruatur quam in confessione: quæ fit sponte. Sed quæritur. quid si non minor, sed tutor aut curator vel etiam procurator confiteatur. an talis confessio noceat pupillo, vel adulto, vel etiam domino? In glo. sunt opin. Dic breuiter quod si confiteatur per modum voluntariæ iurisdictionis: id est, sponte non iussu respondere per iudicem: talis confessio non nocet domino. nisi procurator haberet speciale mandatum ad hoc. & ita loquitur prima opin. glo. sed si iussu à iudice respondere li bello vel positionibus, respondendo confitentur: illa confessio bene præiudicat: & tunc si dominus est minor, restituitur in integrum de æquitate. & hæc probantur in l. non solum. in princ. ff. de procu. Relektis alijs quæ hic tanguntur per glo. Secunda limitatio est. quia requiritur quod sit spontanea non coacta. Sed respice quia est triplex coactio. vna illicita: si fieret à tertio non habente potestatem cogendi, respondendi, vel confitendi. & tunc verum est q. est nulla. & hoc voluit glo. Item licita. quæ à iudice ponendo ad torturam in casu licito. & tunc non est nulla. sed nec sufficit: nisi in ea perseveret: vt in legibus quas glo. allega. Item licitissima. quam faceret dominus de seruo suo: qui ratione domini potest de eo facere quicquid vult: & tunc alia perseveratio non requiritur. quia non reputatur coacta: sed spontanea. vt in l. j. ij. vel ij. si quis omis. cau. test. & no. in l. ij. §. de hære. insti. Tertia limitatio est. quia requiritur q. ex certa scientia emanauerit confessio. si autem per errorem, si quid iuris, idem. quia talis error iuris in iudicio non prodest. vt l. non fatetur. ff. eo. Si verò facti, tunc non habetur pro confessio. vt ibi. & potest reuocari vsq; ad sententiam. vt l. error. §. de iur. & fac. igno. & hoc in confessione quæ fit in iure. si autem sit extra ius: siue sit facta per errorem iuris, siue facti. probato errore reuocatur. l. cum fallia. §. de iur. & facti & igno. quoniam si ex certa scientia probato contrario, & sic falsitatis confessio non nocet. sed non ita si in iure, quia nocet: nisi si probetur error facti: & non admittitur volens probare falsitatem confessionis, nisi si probet etiam facti errorem. & hoc tene menti. quia dat bene intelligere hanc materiam. Circa tamen istum errorem. vide Bartolum, in dicta lege, non fatetur. an

sit commissus circa præparatoria. an deciso a
ria. ¶ Quarto requiritur quod pars aduersa fuerit præsens: siue per se, siue per alium recipiat nomine absentis. & hoc in confessione ne quæ sit in iure. vt in l. certum. §. si quis absente. ff. eod. Nā cū ex ista confessione oritur obligatio & actio, habet vim contractus: in quo requiritur consensus vtriusq;. l. j. §. de pac. cōu. requiritur presentia, ex qua resultat consensus. Sed dubium est de extrajudiciali, ex qua non oritur actio vel obligatio. & sic non habet vim contractus. vnde cessat rō de qua supra. Propter hoc Petrus tenuit q. requiritur presentia partis in l. generaliter. §. de nō nume. pecu. Bar. & alij cōter tenent cōtrariū per glo. quæ est in l. cū de indebito. §. si. ff. de proba. & extra eod. c. ex parte. cū ibi no. q. intellige. cū non faciat plenā probationē, nisi interueniat nuntius, vel epistola. vt in l. Publica. §. si. ff. de posi. vel scriptura libri p. prii cōfiteatis. quæ semper loquitur: & cū p. ducit. loco epistolæ habet. iuxta no. per Bar. in l. nuda. ff. de don. Sed licet non faciat plenā, facit tñ semiplenā. p. bationē confessio extrajudicialis facta parte absente. vt in c. si. de success. ab intestato. Et idem si fiat in vltima voluntate. vt si testator parte absente cōfiteat se sibi teneri in x. ex cā emptionis, vel vēditionis: vt faciat semiplenā. & sic poterit deferri iuramentū in defectū p. bationis ei pro quo est confessio. & resultabit plena confessio. Et ita singulariter dicit Bal. in l. j. §. de furt. & ad hoc. c. si. de successio. ab intest. & hoc in confessione quæ tendit ad obligandū. Quid aut si ad liberandū? vt si creditor cōfiteatur debitore sibi non teneri eo absente. an ex hoc resultet pactū de nō petēdo. de quo in l. tale pactum. ff. de pactis. In hoc fuerit gl. cōtrariæ. Vna q. ex ea detur exceptio doli, nō pacti. Altera q. nec doli, nec pacti. & istam tenet Bart. de quo plenissimè p. eū in l. nō solū. la. ij. §. si liberationis verba. ff. de liber. legat. vbi v. de plenissimè. Quinto requiritur q. sit tale qd cōfessio tñ, in quo cōfessus potuerit sibi præiudicare. aliās secus. vt si fuit cōfessus nō cōtraxisse matrimonium cū Berta. nā postquā matrimonium est cōtractū, cū resultet inde vinculum quo ad Deū, nō est in potestate partis dissolvere. ideo talis confessio in præiudiciū matrimonij nō nocet ei, quominus possit probari cōtrariū: sicut nec sententia trāsit in rē iudicatā probato cōtrario: ita dicit gl. in libertate: ante autē quā probet cōtrariū nocet. si fiat in iudicio secū dū gl. Sed in his in quibus potest sibi præiudicare etiā si vellet probare cōtrarium, nō auditur: nisi etiā probet errorē facti: vt §. dixi. Vltimò requirit q. nō tēdat in fraudē creditorū: quia confessio debet nocere cōfitei, nō alteri: vt infra ti. prox. Et ex his glo. recolligit verus. quos dicit vt in ea postea quærit de tribus quæstionibus. quibus responde. vt in ea. Cætera dicit vt hic per Cynum. & per Bar. in sua repetitione satis vtili. & tene mēti. quia quotidiana est hæc materia. quia plura habet membra: quæ expedit singulariter examinare, & limitare.

Res inter alios actas uel iudicatas alijs nō nocere. Rub.

¶ Cui nocet sententia, an noceant actas
Si ille contra quem lata est sententia succedat alteri contra quem non est lata, an possit agere uel excipere ex persona illius?

L E X

I.



Inter alios. ¶ Gesta per vnum alteri nō consentienti non nocet: etiam si sint gesta extra iudicium. h. d. totus tit. sicut nec gesta in iudicio. vt §. qui. res iud. non nocet. Sed ad qd ponitur hic istet. cum hic non tractetur nisi de actibus iudicialibus. Respondeo, quia nō sufficit ad fundandā intentionē cōtra aduersarium inducere & probare per aliū. vt in prima l. huius tit. quia si ago contra te tanquam contra hæredem Titij ad partem debiti, dicens q. Titius erat mihi obligatus. tu autem negabas: & ego probo q. coheres tuus mihi soluit partē suam, tanquā iste Titius esset debitor meus, istud nō prodest mihi ad fundandā intentionē meā cōtra te qui negas. quia potuit soluere gratis, quia ista possunt simul stare q. ille soluit, & tñ nō tenebatur. si aut alter cōsensit. tñ si actus fuit celebratus nomine illius, nocet consentienti: & etiam prodest. quia negotium efficitur illius: vt si vēdidī rem tuam tuo noīe. nam ratum habēdo nocet tibi dñō. & prodest tibi: quia habes actiōem ad prætiū tā cōtra actore quā cōtra me. Si aut nō noīe tuo vēdidī, sed meo. tñ

¶ Inter alios. add. gl.
in c. pe. de appe. glo.
in c. quāuis. de re iur.
Inn. in c. auditis. de
rescriptis.

¶ Consultorem. An ille qui tenetur requirere consilium alterius tenet illud sequi. vide per Bar. in l. j. §. nō plures. ff. de ex. & Bal. in rub. C. eo. & tex. & ibi Abb. in c. j. de cap. mo. & tex. in c. cum in veteri. & ibi Anto. de Butri. & Abb. de ele. Anto. de Bu. in c. cum olim. in h. col. de arbi. lo. An. in regula nulli ex cō filio de regu. iur. lib. vi. in mer. Arch. in c. obediētibz. lxxij. dist.

si ratum habes nocet tibi. ut non possis rem vendicare. sed prodest ut possis petere pretium vel ab emptore vel à me. quia per rationem non est effectum negotium tuum gestum nomine meo. quod dicitur in l. si pupilli. §. sed si ego. in glo. super verbo agitur. de nego. gestis. Et adde quod ubi non nocet sententia. nec etiam acta: ut no. Inno. in c. veniens. in glo. super verbo minus videtur quod cui nocet sententia non nocet acta. Item si ille contra quem lata est sententia succedat alteri contra quem non est lata. an possit agere vel excipere ex persona illius. vide tex. cum glo. ff. de excep. l. Modestinus.

De relationibus.

Rubrica.

¶ Quia interdum iudices postquam de causa cognoverunt. incipiunt dubitare quam vel qualem sententiam dare debeant. & propter hoc deliberant consulere principem. vel alium superiorem: quare consultatio dicitur relatio. quia referunt & mittunt acta & etiam punctum formatum. ut consulat de iure qualis sententia danda sit: ideo subiicitur iste titulus. Aliquando autem non referunt principi. vel alteri superiori. sed mittunt ad consilium sapientis. quo casu quasi per omnia servatur idem stylus: ideo Specu. ponit titulum de relatio. & titulum de consul. requisi. Sed interdum remittunt ad superiorem. ut ipse superior det sententiam: vel quia ipsi iudices qui remittunt ipsam dare non possunt: quia eis facta fuit commissio ut audirent. vel referrent. vel ex alia causa: ideo idem Specu. ponit tertium titulum de remis. qui differt ab isto. quia hic petitur consilium secundum quod ipsemet laturus est sententiam: ibi vero remittunt ut per superiorem feratur. & de materia relationis vide quod no. in l. ij. §. de lega. & plenè in Specu. eo. titu.

- 1** Si causa fuit commissio consilio sapientis. & antequam veniat consilium iudex pronunciet. an valeat sententia?
- 2** Quando iudex deliberavit referre ad superiorem pro consilio habendo. quod debet mittere causam plenè instructam in facto. An altera partium possit coram consultore producere instrumenta vel testes. quæ vel quos non produxisset coram iudice?
- 4** Si partes discordant in puncto formando. debet iudex formare punctum. & dare eis terminum ad impugnandum. Quod tunc si quis expresse non contradicat. videatur consentire. Quia si iudex aliquid facit quod non placet alteri parti. vel potest preiudicare. & illa pars contradicat expresse.

LEX

I.

¶ Iquis. Ista lex est singularis. & ponit aliquam quæ sunt servanda per iudicem cum de liberauit referre ad superiorem pro consilio habendo: quæ sunt etiam servanda quando iudices de liberauerunt mittere ad consilium sapientis. Et primo quod ipse supersedeat quousque habeat responsum à superiore. & sic pendente relatione vel consilij requisitione iudicis officium debet conquirere super illo super quo consuluit superiorem: quousque habeat responsum à superiore. ut patet. j. l. prox. ibi. nisi ediderint. Secundo quod si contrarium faciant. & dent sententiam. valet nihilominus sententia: & pars potest appellare: nec debet terri propter relationem iam factam. Et illud valde no. Bar. licet videatur contrarium quod imò nihil valeat quod gestum est contra prohibitionem huius l. nam sicut appellatio ligat manus iudicis. ut in tit. nil no. ap. inter. ita & recusatio. vel relatio. ut extra de ap. c. intimasti. & eo. ti. c. legitima. li. vj. & ibi no. in no. & ista partem tenet hic Sal. & respondet ad illum tex. qui videtur probare contrarium. quod loquitur quando tulit sententiam antequam referat principi. postquam tamen deliberauerat referre. & dixerat paritibus. Et ista no. per quæ determinatur si causa fuit commissio consilio sapientis. & antequam veniat consilium iudex pronunciat. an valeat sententia? Bar. videtur sentire quod sic. Sal. contra dicit quod valet. si hoc non fecit in contemptum: sed ex iusta causa. quia peribat tempus instantiæ: & si pronunciat secundum formam & tenorem consilij ferendi dicendo. Pronuncio in omnibus & per omnia prout consulatur per talem consultorem cui causa consulenda est commissio. & postea veniat consilium his concurrentibus valet sententia. ita tenet Bal. in l. cum iudex. §. de sen. aliis vno deficiente illorum non valeret. Tertium quod iudex debet face-

re est: quia debet mittere causam plenè instructam in facto. ita quod superior solus habeat consulere de iurevisis actis & actitatibus: sic non debeat se impedire de his quæ consistunt in facto. & hoc no. quia si altera pars coram consultore vellet producere instrumenta. vel testes. quæ vel quos non produxisset coram iudice. non debet consultor admittere. quia non est officium suum. sed consulere secundum scripturas transmissas per iudicem. Quartum. quia si partes sunt discordes in puncto formando. iudex debet formare punctum. & dare terminum ad impugnandum si quis vult opponere aliquid. & tunc ille qui non vult consentire in puncto. debet expresse contradicere: aliter videretur assentire. & hoc Bar. no. ut semper quando iudex aliquid facit quod alteri parti non placet. vel potest preiudicare. quod illa pars statim contradicat: & faciat scribi parte præsentem: & contradicente: si tamen est actus à quo potest appellari: non dicitur consensisse quousque transeat tempus appellandi. Item dicit Bar. per hunc tex. quod si iudex in sententia dicat dato libello litis contestato de calumnia &c. & pars sit præsentem. & non contradicat. si transacto tempore appellandi vellet pars contradicere. & dicere sententiam non valere. quia lis non fuit contestata. quod illæ sententiæ probant contestationem. nisi appareat ex actis. non debet audiri: secus si non fuisset præsentem. de quo vide in l. sciendum. de ver. obli.

De appellationibus & consulta.

Rubrica.

- 1** Quando sunt duo iudicia quæ habent inter se ordinem. ut possessionis & proprietatis si pervertatur ordinem processus reddatur nullus?

LEX

I.

¶ Rius. Quando pervertitur ordo unius causæ ad alteram. sententia tenet licet possit per appellationem rescindi. h. d. Bar. & hoc secundum lecturas glo. quæ sunt quatuor. Primæ dicitur loquunt in interdicto retinendæ possessionis. Aliæ duæ in interdicto recuperandæ. & secundum quilibet erant duo iudicia: vel ambo per eundem motum. vel unum per unam partem. aliorum per alteram: & modica est utilitas in istis exemplis quæ ponit glo. secundum quartam lectionem quæ ponitur per Petrum. & plus mihi placet quod non erat nisi unum iudicium: scilicet in interdicto recuperandæ: si egi contra te interdictum unde vi ad recuperandum fundi quo me spoliasti. tu opposuisti quod fundus erat tuus: & listi te probaturum. & petebas te absolvi à petitione mea. ego caui quod non eras audiendus: quia spoliatus ante omnia est audiendus. & contra agentem possessoria recuperande non admittitur exceptio proprietatis: iudex hoc non obstante admisit exceptionem tuam. & cognovit de proprietate. & absoluit te à petitione mea: dicitur hic quod malè fecit. quia debebat prius cognoscere de possessione & violentia quam commisit in privando me possessione. ne. quia cognoscere de proprietate: nihilominus valet sententia: non enim redditur nulla ex eo quod fuit admissa exceptio quæ non debebat admitti. potest tamen ab ea appellari. & sic propter hoc solus quod postposuit ordinem. & pronunciat in proprietate antequam de terminaret questionem possessionis. iudex appellationis poterit revocare hanc sententiam: absque eo quod examinet utrum tu sis dominus rei. vel non. Si illa enim questio non debet admitti quousque possessionem: dabit ergo sententiam iudex super possessione. & compellet te ad restituendum mihi possessionem qua me spoliasti: & si postea vis agere contra me rei vindicatione. poteris: & incumbet tibi probandi onus. hoc vult ista l. nam istud ut cognoscatur primo de possessione quam de proprietate. non est ordo concernens solutionem iudicij: quia tunc redditur sententia nulla per l. prolatam. de senten. sed potius est ordo causæ & iustitiæ eius in se qui non habet vitium si post ponatur: nec reddere sententiam nullam reddidit eam iniquam. ideo est reuocanda. Tene mēti. De primo autem iudicio quod sunt duo iudicia quæ habent inter se ordinem. ut possessionis & proprietatis. si pervertatur ordo. & prius cognoscatur de illo de quo debebat postea cognosci: quod non reddatur processus nec sententia nulla. habetur in l. si mancipium. §. si eorum diuidundo. ff. de iur. iur. & nota. in dicta l. prolatam. Et secundum primam lectionem glo. quilibet dicebat se possidere. & per alteram partem turbari indebitè. iudex pronunciat ut indebitè me turbare. antequam pronunciat me possidere: malè fecit. quia primo debuit pronunciare me possidere non enim potest me turbare in possessione nisi possideam. quæ lectura non placet: quia licet verum sit quod ita debuit facere. tamen pronuncians